

EXAMEN PUBLICUM ANNIVERSARIUM

IN

SCHOLA METROPOLITANA

X CALENDARUM OCTOBRIS A. MDCCCXXXI

HABENDUM

INDICIT

RECTOR SCHOLÆ

NICOLAUS LANG NISSEN,

DOCTOR PHILOS. ET MAG. ART. ATQVE PROFESSOR, ORDINIS DANNEBR. EQVES.

Insunt Acta solemnia scholastica, ad munera publice gratulanda quinque Collegiis,
d. 31 Augusti a. 1831 celebrata.

HAVNIÆ.

TYPIS DIRECTORIS JANI HOSTRUP SCHULTZII,

AULÆ ET UNIVERSITATIS TYPOGRAPHI.

Deceatne magistrum in discipulis irasci, an non deceat.

u

O r a t i o ,

quam in Solemnibus Scholæ Metropolitanæ

ad munera publice gratulari da uni magistro primario, V. D.
Bonap. Borgen, et quatuor Adjunctis, V. V. D. D., *C. F. Ingerslew*,
C. U. Jacobsen, *H. F. H. Nissen* et *C. N. E. Markussen*,

die 31 Augusti anni 1831, h

ora 11 antemeridiana,

habuit

Rector Scholæ

Nicolaus Lang Nissen

sen.

*Auditores illustrissimi, amplissimi, summe reverendi, doctissimi,
omnium ordinum, quotquot adestis, optimi!*

Qvæsitum est inter philosophos veteres, et etiam a recentioribus, tum philosophis, tum non philosophis, quæritur, num ira sit utilis necne, numque adeo virum, nedum sapientem, irasci deceat. Alii affirmant, alii negant. Seneca, cujus est nobis, ut constat, pulcherrimus de ira libellus, post allatas aliorum hac de re sententias, eo redit, ut, quid ipsi placeat, dicturus irasci non magis quam moerere viri esse contendat, nihilque sapiente indignius esse quam ex aliena nequitia pendere. Idem vero, dum aliorum placita recenset, non dissimulat Aristotelem illum iram necessariam judicasse, nec mali quidquam sine ea, nisi animum impleat et accendat, posse expugnari — quid, quod? iram, si quis recte ea utatur, esse homini pro armis, quibus se ab injuriis defendat; nec alios philosophos tacet sententiam ita tulisse, ut optimum quidem putent, iræ temperare, non vero eam tollere, eoque, quod exundet, detracto, ad salutarem quidem morem oportere iram revocare, id vero ejus retinere, sine quo actio langvescat, visque omnis ac vigor animi resolvatur.

Ubi vero, hisce allatis, Seneca, in Stoicorum placitis, in quibus sibi plus æquo placere videtur, persistens, hæc omnia falsa judicat, eum etiam conditionis humanæ testem habemus, quam difficile sit factu, in vero falsoque discernendo rectum tenorem servare; quumque hîc addit vir acutissimus, iram, si modum sibi adhibeat, desinere esse iram, alioque nomine appellandam esse, apparet, ut alibi sæpe, ita etiam hic verbo magis quam rei discordiam inesse.

Si cui igitur mirum esse videatur, me hac occasione in hujusmodi argumentum deferri, is cogitet, quod non ignoret, esse etiam parentes, — non dico multos — longe absit, ut dicam, at aliquos tamen — ita liberorum amantes, iisque indulgentes, ut ne levissima quidem aura eos, ne si

rectum quidem modum excedant, afflari sustineant, liberis omnia licere velint, præceptoribus, quidquid est hîc incommodi, patienter ferri. Cogitet etiam, esse aliquos magistros adeo natura lentos atque immotos, adeo tranquillios animo, vel potius tardos, socordes, ut nihil omnino moveantur, nulla re, nec bona nec mala, afficiantur, atque adeo nec inertibus pueris et degeneribus irascantur. Quod quum ita sit, a re haud alienum putavi, quid sentiam, promere, mihique licere, præfando hisce solemnibus, paucissima de eo disputare,

deceatne magistrum discentibus irasci, an non deceat.

In quo, nisi ambigua verborum interpretatione præpediti nos in transversum ferri patimur, quid sentiendum sit, in promptu esse videtur. Et statim quidem ab initio hujus disputationis haud dubito afferre, quodque afferatur, dignum judicare, me videri mihi reminisci, in aliquo veterum scriptorum Romanorum legisse quædam in hanc sententiam dicta, eaque, nisi valde memoria fallat, his ipsis verbis: "*nihil idoneum esse præceptorem, qui nequeat irasci.*" Erat, quum crederem, Cæsarem Tiberium, qui in alia sua malitia non nulla memoria haud indigna subinde dixisse fertur, seu alium Cæsarem Romanorum, de munere ac officio magistri publici aliquando loquentem hæc verba usurpasse, et totum fere Svetonium meum, quumque de fide memoriæ incertus esse inciperem, et alios scriptores quærendo pervolvi. Piget dicere, quantum, quum id argumenti mihi sumssem tractandum, in eo olei et otii perdiderim, ut verum sententiæ autorem reperirem. Vos auditores doctissimi! qui in simili causa fuistis, rem vobis proponere potestis. Cum vero frustra esset, id erat solatii, autore cognito adeo non opus esse, ut in universum dicere ausim, inertem atque ignavum esse hominem et nescio an prorsus inutilem, qui nesciat irasci.

Et vero, ut jam dixi, in verbis, non in ipsa re discordia inest.

Quodsi enim iram nimium gravioremque animi et sanguinis motum interpretamur, libidinem scilicet puniendi ejus, qui videtur læsisse, talemque iram, cum qua nihil recte, nihil considerate fieri possit, imo vero tum, quomodo in omni vita recte præcipitur, ut perturbationes animi nimiosque

motus, rationi non obedientes, fugiamus, ita magistrum etiam oportet ejusmodi iram, ut omne nimium, quod modum transeat, fugere, maximeque cavere, ne videatur eos, qui institutione ejus utantur, non magni facere atque diligere. Tali ira unumquemque hominem, adeoque non minus, sed magis etiam magistrum vacare decebit.

Natura vero ita sumus comparati, ut ipsis rebus *afficiamur* necesse sit, iisque adeo, quæ bona sint, lætemur, quæ mala sint, iis doleamus. Unde *affectum* vim atque appellationem habere patet. Nec ipse Socrates, illud veræ sapientiæ ac moderationis exemplum, ejusmodi motu animi ita liber erat, ut eo prorsus vacaret, sed ut ei temperare posset. Quumque Seneca, iram omnem Socrate suo indignissimam perhibens, tamen iræ causa Socratem servi poenam in aliud tempus differe narrat, servoque suo eum hæc verba dicentem facit: *"imo cæderem te, pessime! nisi irascerer"*, parum profecto philosophus noster sibi constare videtur. Quodque nobis in hoc argumento pluris est, hinc ipsum Socratem moderata *ira* potuisse impleri patet.

Jam vero si magistri boni est, discentium studio, progressu probisque moribus delectari et lætitiæ quodammodo perfundi, quis eum mirabitur, si quem discentium inertiam se dedisse viderit, ea contristari? quis eum improbitate discipuli, si eam in aliquo fuerit expertus, indignari, ægre feret? Nec equidem video, cur mihi timendum sit, libere profiteri, me æque nolle collegam mihi dari aliquem magistrum, qui pravis, inertibus et ferocibus pueris irasci nequeat, ac talem, qui, morosior natura, impigris, alacribus probisque ingeniis exhilarari nequeat. Rei malæ enim, non hominibus, irascimur; mali ipsius species, non capitis, iram nostram sive indignationem progignit. Idque largiri oportet, aut iræ vocem alibi aliter esse interpretandam, aut, Seneca autore, hujusmodi ira alio nomine interdum appellata opus esse.

Unde videtur effectum esse, magistrum, si iræ temperet, non indulgeat, non tantum non dedecere irasci, sed utilem gnævumque, industrium ac strenuum magistrum non esse aliquem, quin interdum irascatur. Est

enim, ut constat, et ingenua aliqua ira honestaque ira, vel suo nomine gaudens, quæ si quis nunquam se affectum esse nec posse unquam affici gloriatur, is profecto naturæ donum, aliquam conscientiæ divinæ partem, male ingrataque interpretando, laudi suæ parum consulere videatur.

Quæ vero vulgo appellatur ira atque intelligitur, pessimus affectus, qui omnes animi sensus ita perturbat, ut sui impotens aliquis fiat, imo vero ei omnibus viribus resistere, ea se liberare magistrum oportet, si quis ad eam proclivis sit. Ut vero id bene succedat, secum ipse loquendo, taciteque recordando, deum precando, adniti debet, ut indies magis magisque in ejus impetus invalescat opibusque firmetur. Quam vero dixi animi tranquillitatem, quæ omnia, bona sint vel mala, juxta habet, utraque iisdem sensibus amplectitur, eademque alloqvii ac silentii pace afficit, ea etiam, quum nulla animi æquitas, sed socordia, existimanda sit, merusque ac inutilis langvor appellari mereatur, ut a scholis nostris etiam longissime absit, optare atque precari fas est.

Hæc vero hac de re disputasse satis sit! Ad id, quod reliquum est, transeo, ut quinque Collegis doctissimis nova munera publice gratuler. Quod facturus confido, quæ iis cum bonis omnibus votisque bene sum precaturus, ea Vos, auditores humanissimos, pio animo participaturos.

Præterlapso vero pæne lustro, ex quo novissime hujusmodi solemnia tribus collegis muneri suo præficiendis habebantur, medio tempore et quidem proximo hoc biennio plures numeri magistrorum scholæ mutationes evenere. Discesserunt a nobis illo tempore sequentes. 1) E numero binario magistrorum primariorum eheu morte discessit vir doctissimus et humanissimus *Joh. Anker Kofod*, honestis probisque moribus, quiqve, per viginti trium annorum spatium doctoris historici-geographici munere functus, dum per valetudinem licuit, strenue dextreque rem gesserat, at confectus, non quidem ætate, sed diuturni morbi doloribus, ante biennium, et quod excurrit, diem obiit supremum; e numero Adjunctorum: 2) *V. D. Rudolphus J. Fr. Henrichsen*, Candidatus Philologiæ, ante biennium et dimi-

dium anni Helsingoram vocatus primariiqve magistri honore et præmiis in schola illius urbis ornatus, postea Lector Academiæ Soranæ constitutus, in quo utrum doctrinam docendiqve dexteritatem an fidem rectiqve sensum pluris facias, dubitare licet; 3) tum V. D. *Jac. Chr. Lindberg*, Cand. Theol. et Magister Artium, rei grammaticæ et lexicographicæ linguarum orientalium scientissimus, qui, ut privatis suis studiis omnem se daret, mense Augusto anni prioris munere scholastico se abdicavit; 4) deniqve V. D. *Fr. Chr. Olsen*, Candidatus Philologiæ, ante annum et paulo plus dimidio etiam is Helsingoram vocatus, primariiqve magistri honore ornatus, ut in locum V. D. *Henrichsenii* sufficeretur, quiqve, quæ est pectoris placidissimi probitas, cujus haud fallentem habet aperti oris vultusque gratiam, abitu suo, viri integerrimi et jucundissimi, desiderium sui et acerbum et dulce nobis omnibus reliquit.

Quæ cum accidissent, inqve duomviratu magisterii primarii unum, in ordine Adjunctorum scholæ tres locos vacuefecissent, mense Aprili anni superioris litteris regiis magistri primarii honos cum mercede V. D. *Bonaparte Borgen*, Candidato Philologiæ deque rebus scholæ in Adjuncti munere optime gerendo præclare merito, datus est. Adjunctorum vero munus et stipendium quatuor viris juvenibus, doctrinæ morumqve laude probatissimis, litteris regiis demandatum est: scilicet mense Junio anni priore anterioris V. D. *Chr. Fr. Ingerslew*, Cand. Theol. et Philologiæ, mense Octobri anni superioris ornatissimo *Carolo Ulricho Jacobsen*, Cand. philosophiæ, et ornatissimo *Halvoro Frotheo Høegh Nissen*, filio carissimæ Theologiæ Candidato, qui uterqve, ille plures annos, hic spatio antequam et quod excurrit, vicario munere fungens, scholarum nostrarum honorem ordinem participavere; tandem mense Julio hujus anni ornatissimo *Nic. E. Markussen*, Candidato Theologiæ, qui itidem anni ordinarias scholarum nostrarum horas participavit.

quum ita sint, brevique in scholæ rebus alia aliam sic [novorum vero magistrorum tum, quum codicillis regiis s demandaretur, nemo discipulis novus esset, magis de-

cere visum est, hæcce adeo mutata publice simul commemorare, quam novos magistros, opus esse, repetitis subinde solemnibus, aut Vobis, auditores humanissimi! aut juventuti scholasticæ, cui jam pridem innotuissent, monstrare. Cumque timendum sit, ne, si anno vel biennio bis terve quaterve ejusmodi solemnia fierent, ipsi solemnitati aliquid decederet, hujusmodi festum diem, in schola nostra, pluribus simul collegis, muneribus suis vel nuper vel aliquanto prius admotis, gratulando, rarius malimus celebrari magis solemniter, quam sæpius minus solemniter; quod et vobis, auditores humanissimi! non displicere, et apud omnes, ad quos pertinet, aut veniam aut excusationem habiturum spero et confido.

Quumque sic Regi Augustissimo placuit, rebus scholæ nostræ consulenti, hos quinque collegas doctissimos atque ornatissimos, unum Magistrum primarium, quatuor Adjunctos scholæ constituere, deum precemur, ut ingenio, voluntate viribusque propitius eos implere atque augere velit, ut in dei gloriam, patriæ salutem, urbis ornamentum, scholæ juventutisque commodum opera eorum eveniat, utque liberali ardentibus studio, viribus integris confirmati, omnia sibi bene succedere videant.

(Quæ hujus loci erant, oratione ad novos magistros, quibus gratulatio ferebat, conversa, adpellationes, ad singulis publice gratulandum, factæ, eas, quum et communem aliquam formulæ legem in iis sequendam esse putassem, et publice ad lectores minus videantur pertinere, hic omittendas esse duxi).

Vos denique, carissimi hujus scholæ alumni! rogo et obtestor, ne magistrorum vestrorum laborem irritum spemque, quam de vobis hujusmodi fecistis, vanam fieri velitis. Afferte semper huc modestos ac promptos, aures ineptiis surdas, rebus utilibus et honestis patulas, nec mittite, ut vel licenter dictis vel temere factis hæc litterarum officium vos male unquam audiat!

Quam Tu, deus optime, maxime! tueri velis atque videant hinc singulis annis adolescentes, omnibus virtutibus olim Regis Augustissimi regniæque domus incolumitater artium ac litterarum commoda in dies magis magisque

Quæritur, quid facere oporteat iuventutis magistrum, ut dici possit eas,
quas æquum est, retulisse gratias.

O r a t i o,

quam inter sollemnia ad gratulanda

V magistris munera sua

in *Schola Metropolitana* prid. Kal. Septembr. 1831

celebrata

perorandi causa

habuit

Bon. Borgen.

*Auditores illustrissimi, amplissimi, summe venerabiles, doctissimi,
omnium ordinum, quotquot adestis, optimi!*

Ingeniose magis quam vere loquutus est is, a quo dictum aliquando esse prodidit Tullius, "gratiam et qui retulerit, habere, et qui habeat, retulisse." Nam quum in altera huius sententiæ parte nihil sit, quod egeat defensione, quoniam non ea est grati animi natura, ut, facto aliquo sui indicio, ita sibi officio satisfecisse videatur, sed potius tuendam putet penitusque fovendam esse placidam illam piæ mentis affectionem: at illud certe, quod addidit deinceps, quicumque est eius sententiæ auctor, speciem quidem veri habere aliquam concedimus, verum esse negamus. Neque enim semper actio sequitur consilium, et caret nonnumquam voluntatis studium vel compensandi beneficii libera facultate, vel vocis efferendæ idonea potestate. Hæc enim utraque sive referendi, sive agendi gratias ratio habendi ratione posterior est tempore; sed habet altera factorum, altera verborum significationem. Quare caveat quisquam existimet, se, quod pulchre senserit, id iam cumulate fecisse, neve dicamus, quemquam, si habeat cui gratiam, ideo quoque retulisse; sed cupere eum atque omni opera contendere, ut animi sensus proferat rebusque et factis comprobet, id ipsum fateamur.

Sed si quis quærat, cur hinc potissimum repetam hoc tempore dicendi initium, videbatur mihi hæc res coniuncta esse cum eo, quod nunc maxime est faciendum. Compareo enim huic ornatissimorum virorum coronæ, meo nomine nostrumque omnium, qui hodie muneribus nostris sollemni ritu præpositi sumus, gratias sollemniter acturus. Hinc vero, relictis huius concionis finibus, vagatur latius cogitatio, et reputat secum animus, quantas habeat omnino ob muneris accepti felicitatem, quibusque habeat hoc tempore gratias agendas. Atque hos quidem grati animi sensus si quis crederet, ut hodie primum pronuntiantur, ita nunc demum ortos esse

atque conceptos, is profecto vehementer erraret. Immo vero, et novimus eos ante, et factis probare potuimus, et voce declarare voluimus, declarandi vero publiceque eloquendi ante hunc diem copia facta non est. Quod vero quasi in prætereundo attingi, non defuisse nobis studii probandi occasionem, iam aliquod tempus est, ex quo in hoc docendi munere versamur; atque utinam ne ea, quæ nobis demandata est, provincia, aut temere suscepta, aut parum digne administrata cuiquam videatur. Sed quum ex hac ipsa administrandi muneris ratione censeatur ea, quam dicimur referre, gratia, putavi me rem facturum esse ab hac dicendi occasione non alienam, si paucis declararem, *quid facere oporteat iuventutis magistrum, ut dici possit eas, quas æquum est, retulisse gratias*, minime equidem sperans, posse me quidquam proferre aut novum, aut hac tanta lectissimorum virorum celebritate dignum, sed ne verba mea aliquo argumento destituta esse viderentur.

Pertinet igitur et ad omne munus bene gerendum, et ad id, de quo hic erit sermo, ut habeat aliquis penitus perspectum, quænam sit eius muneris ratio atque natura. Habet autem nulla res ex se vim suam ac præteritium, sed referendum est hoc ad summum divini numinis consilium, cui quidem quo magis inservit adiuvando, eo maior censenda est rei ipsius gravitas. Cogitanti vero ingenio humano altiusque se erigenti quum pateat magis, quam sit mirificus omnium rerum consensus, declareturque dei omnipotentis consilium illud, ut, recta adhibita cultura, ad omnem felicitatem percipiendam velit educari genus humanum: hoc igitur quum videat, necesse est oriatur sanctissima dei, harum omnium rerum gubernatoris, veneratio. Ex hac vero progenitus amoris sensus et evolat superne ad deum, et nos exhortatur, ut maximo studio eos complectamur omnes, quos voluit illa nobiscum fore eiusdem salutis participes, animisque eorum formandis et ad omnem humanitatem educandis operam strenue demus. Sed quum duplex sit homines educandi ratio, quarum altera cernitur in rerum humanarum sorte et multiplici casuum varietate, quibus conflictatus animus mortuusque sæpe ad veri atque honesti studium firmatur et corroboratur, al-

tera fit per eam, quam proprio institutionis nomine appellamus: hæc posterior ad nostrum officium præcipue pertinet. Huius igitur officii munera ut aliquis et subire velit, et exsequi feliciter possit, facit ille, in quo sunt omnia, omnium hominum a vero dei amore unice profectus amor. Pleno igitur amoris pectore prodeat magister in cœtum iuniorum, atque dici vix potest, quanto ei futura sint omnia paratiora ac faciliora. Sed amet idem prudenter; neque enim volumus otiosum quendam et quasi languescentem amorem, qui quidem quantum abhorreat ab huius nominis honore, quid attinet dicere? Sit igitur comitati adiuncta gravitas atque constantia, eruntque ei omnia et firmiora et tutiora. Accedat denique indefessa cura solidæque scientiæ numquam intermissum studium, et mirum erit, ni fructus maturescent uberes æque atque iucundi. Est enim in his rebus perspicax plerumque iuvenile ingenium, nec fugit discipulum, quantum sibi contigerit benevoli ac prudentis magistri commodum non ita temere repudiandum. Itaque prosequetur et ille magistrum amore ac studio, quibus detractis frustra consumitur labor, verumque fit illud Xenophontis, qui negat sese videre, posse quemquam institui ab eo, qui ipsi non placeat.

Sed miretur forsitan aliquis, me in trito argumento et a multis tractato morari diutius; tædijum enim creari, si audiat quis toties repetita ea, quæ nemo sit, quin vera esse fateatur. Horum ego vocibus respondebo, nihil ita inter homines constare, quod non utile sit interdum audire sapius, præsertim quum sint nonnulli, qui, quod bene cognoverint, id nec sentiant profunde, nec firmiter velint. Nam ut primum redeat oratio ad id, quo omnia putavimus contineri, prudentis sedatique amoris præceptum, quot nobis occurrunt quamque diversa exempla? Sunt enim nonnulli, boni illi quidem ac bene morati homines, iidemque doctrinæ laude præstantes, qui, quum laudabili voluntate suos amplectantur, parum tamen aut nihil proficiunt. Latet eos, dirigendum esse cursum inter multa ac varia obstacula, quæ obstruunt mobiliorem annorum ferventia studia, atque opus esse certo consilio animique præsentia et libera agendi potestate, ut eo, quo tendunt, pervenire possint. Alioquin magister similis erit gubernatoris,

qui sedeat in puppi, artis suæ bene peritus, sed cui nec pareant nautæ et ereptum sit gubernaculum. Hoc igitur teneat firmiter, neve patiatur eripi sibi potestatem, cuius si fecerit iacturam, existet aliquod turbulentum multorum imperium minimeque ferendum. Nam amant Musæ in his quoque locis quietem, iunctisque cum Gratiis manibus moventur decore, præeunte fidibus Apolline. Alterum genus est eorum, qui omnia sibi licere arbitrantur, discipulis nihil; qui tamquam deam aliquam colunt severitatem, ad pietatis aram numquam manus, nedum animos admoverunt. Hi si cogitassent, aut potius intellexissent, aliud esse servilem metum, barbarorum proprium, aliud reverentiæ plenam pietatem, liberis hominibus dignam, aut numquam se intra scholæ parietes commisissent, aut mentem secum attulissent placidiorem quam morosiore. Sed ne suspicari quidem videntur, doctorem eundem esse debere educatorem, neque cogendum esse invito tenerum ingenium, ut fructus reddat depositos, sed leni imperio molliendum quasi ac subigendum. Quod igitur ille Romanæ facundiæ princeps Catonem suum facit dicentem, probare se in senectute severitatem, sed eam, sicut alia, modicam, acerbitem nullo modo probare, idem nos de nostro officio dicamus. Absit enim omnis acerbitas, quæ semper molesta est ac perniciosa, adsit leni amoris affectu temperata atque condita severitas. Etenim hoc ipsum est, quod volumus omnes, qui boni probique magistri haberi cupimus, hanc legem proposuit sibi quisque huius nominis studiosissimus, hanc viam affectamus, utinam et semper sequamur firmiterque insistamus. Nihil enim gravius esse debet magistro, quam ut ne consilia sua impediatur diversis studiis iuniorum; sed horum animos nulla re magis sibi conciliabit, quam si teneat eos sibi constrictos mutuo pietatis vinculo; huius denique nullus alius est fons quam reverentiæ sensus ex eoque ortum amoris sanctum officium. Hinc efficitur ea, quam quærimus, omnium studiorum ad unum consilium properans felix conspiratio, hinc adolescentium in magistrum observantia cum grata animi voluptate, hinc magistrorum in amabili bonorum adolescentium corona invidenda conditio. Quare nolit quisquam mirari, si, læsa pietate, doleat magister, si, rupto contumaciter violenterque

dulcissimæ coniunctionis vinculo, effervescat aliquando dolor vehementius, cui quidem violati amoris vehementiæ, quum melius atque honestius oppressa fuisset, ita tamen quisque facillime ignoscet, ut ipse est æquissimus iudex suorumque amantissimus; iniquos autem sui que amore unice implicatos et missos faciamus, et eorum iniquitati nos quoque, ut par est, ignoscamus.

Iam vero, ut pauca addamus deinceps de ipsa docendi ratione, — nam hic erat alter locus de officiis magistrorum — non tantum postulamus, ut eius, quam tradet quisque, scientiæ ipse sit bene peritus, sed ut possit quoque eam communicare cum suis clare atque dilucide; nam hinc demum nascitur accuratum illud docendi genus, quod, ut unice probari potest, ita unice est admittendum. Itaque nemo nostrum a se impetrabit, ut ad vilem conditionem descendat hominum mercenariorum, qui, dum rideat sibi dulcis lucelli species, parum curant deinde, quales futuri sint operæ fructus. Atqui hi erant, in quibus omne studium collocari debebat et eliciendis et maturandis, qui aut nulli provenient, aut rari ac tenues, nisi sementem feceris bonam. Opus est igitur magistro diligenti præparatione, ut habeat secum constitutum, et quid tradere velit discipulis, et quantum, et quomodo velit. Neque enim harum rerum aut in omnibus discipulis, aut in omnibus disciplinæ alicuius locis una atque eadem debet esse ratio. Hæc nisi fuerit cura adhibita, fluctuabunt turpiter omnia, et videbit præceptor præmium sibi paratum non satis honestum in dubiis ipsum adspectantium parumque ipsi fidentium vultibus discipulorum. Flagitat autem, dixerit aliquis, huius rei observatio magnum temporis atque operæ impendium, et facit nobis satis negotii labor inter ipsa scholæ subsellia ferendus, nedum domi quoque patiamur nos harum cogitationum molestia nimium sollicitari. Sed flagitat tamen, neque nos sinit detrectare laborem, et commodum sequi potius quam officium. Quid? quod nolumus magistrum recusare, quo minus per integræ horæ spatium, si ita res tulerit, ante meditetur ea, quorum postea explicatio ne dimidium quidem tantum postulabit temporis. Nam sic demum consequetur id, quod debet ei esse propositum,

et habet præterea bene præstiti officii conscientia mirum quantum delectationis.

Sed festinat oratio ad exitum, neque decet me esse in his longiorum. Nam isto animo affectus magister, isto præditus suorum amore ac studio, ista cognitione ac diligentia, geret munus suum laudabiliter referetque gratiam honestissime. Et coartatur iam communis antea disputatio, in nosmetipsos conversa, et exigit tamquam subtiliter examinatque accurate nostrum quoque officium ad eum, quem finximus nobis ipsi, boni magistri modulum. Esto vero de ea re aliorum iudicium. Nos quidem optamus vehementer, ne ab ista imagine studium nostrum nimis videatur abhorrere, ut nos quoque aliquam gratiam retulisse dicamur. At nolumus in referendis subsistere, quamquam id maximum est, sed gestit animi motus, ut ait poëta, efferre se interprete lingua. Eorum vero omnium, quibus iam acceptorum beneficiorum gratias agere debemus, quis est tandem, qui prius nobis obversari possit, quam tu, rex augustissime et clementissime! felicissimæ Daniæ terræ pater numquam obliviscende, omniumque, quæcunque bona et præclara sunt, fautor ac tutor! cui voluptas fuit ex splendidis aulae tectis descendere in umbras scholarum, serenaque oris maiestate et placido paternæ vocis affatu exhortari animos iuvenes. Nolumus inepto blandimentorum fuco polluere gratias ad thronum tuum ascendentes; sed venit mihi in mentem elegantissimi regiæ mulieris responsi, quod finxit acute elegantissimum poëtarum principis ingenium. Quum enim regius quidam pater decrepitis et infelix iussisset filias suas significare, quantum amarent ipsum, ceteræque sorores ex frigido, non item limpido animi fonte multa atque inania effudissent, tum illa egregia, patris vere amans vereque cordata Cordelia tantum dixit simpliciter, patrem se nec plus nec minus amare quam meritis esset. Idem tu, rex augustissime! a nobis accipies simplex atque ingenuum amoris testimonium, neque veremur, qualem sit te habiturum interpretem.

Accipite vos quoque, viri illustrissimi et amplissimi! universitatis et doctarum scholarum moderatores! grati animi professionem. Vestra fa-

etum est commendatione honorifica, ut aditus nobis pateret ad hæc munerâ, quorum utinam officiis ita satisfaciamus, ut dignum est vestra provida cura, sapienti moderatione, insigni humanitate.

Redit iam gratæ vocis præconium intra ipsa limina scholæ, salutatque te, vir illustrissime et doctissime, huius scholæ rector! quem quum ipsius ratio muneris nobiscum iungere deberet arto vinculo ac necessario, artiore tamen iunxit et singularis, qua nostrum quemque complecteris, animi benevolentia, et laudabilis illa, quæ decorat rectorem, in rebus nostris administrandis temperantia, a stultæ superbîæ acerbitate et falsæ humanitatis infirmitate æque remota. Veræ autem humanitatis documenta quum plurima dederis nobis omnino, tum illa auxisti hodie novo, quum functus es pleno pietatis pectore inaugurandi officio. Atque hanc ob causam ut gratias tibi agimus iustas ac debitas, ita gratulamur tibi de filio, tibi dilectissimo, nobis collega carissimo, quem quum scholæ adiunctum proclamasti, adiunxisti et tibi et nobis duplici pietatis vinculo.

Vos autem, reliqui huius scholæ magistri doctissimi, collegæ nobis amicissimi! qui in hac inaugurandi occasione adfuistis testes, etiam atque etiam rogati estote, ut vobis persuasum habeatis, quo semper estis nos prosequuti integræ amicitîæ ac benevolentîæ studio, id nos pro merito agnovisse, operamque assidue daturus, ut eodem in posterum quoque digni habeamur.

At vos deinde, magnæ nostræ deliciæ, carissima adolescentium capita! nolite putare, nullas vobis contingere posse gratias, quæ possunt profecto. Sed ipsi videte, ut eas mereamini, quod facile erit optimo vestrum cuique, si modo vultis. Quotquot enim morum proborum, modesti ingenii, strenuæ diligentîæ editis exempla, totidem in nos confertis beneficia, nosque ea remunerabimur sedula vestri cura et benigna animi voluntate, precandoque a deo optimo maximo, ut felicissima quæque vobis contingant nunc atque perpetuo.

Restat denique officium aliquod religiosum. Nolite enim, auditores ornatissimi! viri lectissimi! consessum vestrum dissolvere, antequam vobis

quoque fecerimus eam, quæ summa vobis debetur, grati animi testimonium. Concelebrastis enim huius diei sollemnitatem frequentia vestra honorifica, spemque nobis iniecit, esse in vestra corona neminem, cuius non grata voluntas rebus nostris fausta omnia auspicietur. Atque utinam ne fefellerit nos huius spei dulcedo, sed in dies nobis contingat magis, ut optimis quibusque studia nostra iucunda sint atque probata. — Dixi.

Reliquum est, ut, quam ob causam hisce evulgandis proluserimus, paucis indicemus. Instat examen anniversarium in schola nostra publice et eo quidem ordine, quem schema huic scriptioni adiunctum exhibet, agendum, cui ut frequentes adesse velint discipulorum patres tutoresve et quicumque litteris, juventuti rebusque nostris bene cupiunt, officiosissime rogamus.

S c h e m a

O V E R

Examinationens Gang ved den offentlige Examen i September 1831 i Metropolitanskolen.

I 4 ^{de} Classes Læsestue.	I 3 ^{die} Classe B ^s Læsestue.	Stilene udarbejdes saaledes:
Torsdagen den	22de September.	Løverdagen den 24de September.
9-11½ Latin.....III A.	9-11 Dansk.....IV Cl.	9-12 Latin Stil (i I Cl.) IV Cl.
11½-1½ Latin.....II A.	11-1½ Hist. og Geogr.....III B.	— — —III Cl. A.
4-6 Hebraisk.....IV Cl.	4-6 Hist. og Geogr.....I Cl.	— — —III Cl. B.
		— — —II Cl. A.
Fredagen den	23de September.	12-2 Tydsk Stil.....IV Cl.
9-11½ Hist. og Geogr.....IV Cl.	9-11½ Fransk.....III B.	
11½-1½ Græsk.....III A.	11½-1½ Dansk.....II AB.	Ondagen den 28de September.
4-6 Dansk.....I Cl.	4-6 Religion og Bibelh....II B.	9-12 Dansk Stil.....IV Cl.
		— — —III Cl. A.
Løverdagen den	24de September.	— — —III Cl. B.
9-11 Fransk.....I Cl.	9-12 Latin Stil.	— — —II Cl. A.
11½-12½ Naturhistorie.....II B.	12-2 Tydsk Stil.	— — —II Cl. B.
12½-1½ Naturhistorie.....II A.		— — —I Cl.
		12-2 Fransk Stil...(i II Cl.) IV Cl.
Mandagen den	26de September.	
9-11½ Latin.....IV Cl.	9-11½ Hist. og Geogr.....III A.	Løverdagen den 1ste October.
11½-1½ Latin.....II B.	11½-1½ Fransk.....IV Cl.	9-12 Version.....(i I Cl.) IV Cl.
4-6 Hist. og Geogr.....II A.	4-6 Tydsk.....IV Cl.	— — —III Cl. A.
		— — —III Cl. B.
Tirsdagen den	27de September.	
9-11½ Hebraisk.....III A.	9-11½ Matematik.....II A.	
11½-1½ Latin.....III B.	11½-1½ Arithmetik.....II B.	
4-6 Latin.....I Cl.	4-6 Matematik.....IV Cl.	
Ondagen den	28de September.	
9-12 Dansk Stil.	12-2 Naturhistorie.....I Cl.	
	12-2 Fransk Stil.	
Torsdagen den	29de September.	
9-11½ Græsk.....IV Cl.	9-10½ Dansk.....III A.	
11½-1½ Tydsk.....III B.	10½-12½ Religion og Bibelh....I Cl.	
4-6 Religion og Bibelh....IV Cl.	12½-2 Arithmetik.....I Cl.	
	4-6 Tydsk.....II AB.	
Fredagen den	30te September.	
9-12 Græsk.....III B.	9-10½ Tydsk.....III A.	
12-2 Fransk.....III A.	11-1½ Religion og Bibelh....II A.	
4-6 Hist. og Geogr.....II B.	4-7 Religion og Bibelh....III B.	
Løverdagen den	1ste October.	
9-11 Fransk.....II Cl.	9-12 Version.	
12-2 Tydsk.....I Cl.		
Mandagen den	3die October.	
9-11½ Religion og Bibelh....III A.	9-11½ Dansk.....III B.	
11½-1½ Græsk.....II B.	11½-1½ Matematik.....III A.	
4-6 Græsk.....II A.	4-6 Matematik.....III B.	

De Candidater, som i Aar dimitteres til Akademiet, ere:

1. *Jens Martin Georg Bondesen*, en Søn af afdøde Sognepræst til Liunge og Uggeløse Menigheder i Sjælland Eskild Bondesen.
 2. *August Wilhelm Fohlmann*, en Søn af Fuldmægtig ved den Kongelige Creditcasse Hr. Henrik Fohlmann.
 3. *Oluf Christian Thoring Flagstad*, en Søn af Assistent i Nationalbanken Hr. Mogens Flagstad.
 4. *Stephen Ditlew Eduard Schrader*, en Søn af Hr. Capitain og Compagniechef Stephen v. Schrader ved 2^{det} Livregiment.
 5. *Herman Christen Jensen Dyrhauge*, en Søn af Hr. Bagermester Hans Casper Dyrhauge her i Staden.
 6. *Christian Frederik Michelsen*, en Søn af 1^{ste} residerende Capellan ved Holmens Menighed Hr. Pastor Hans Christian Michelsen.
 7. *Johan Georg Lowsen*, en Søn af afdøde Renteskriver Georg Eichel Lowsen.
 8. *Carl August Meyn*, en Søn af Skolelærer og Kirkesanger i Buddinge Hr. Johan Wilhelm Meyn.
 9. *Julius Theodor Borup*, en Søn af Hr. Landsoverrets- samt Hof- og Stadsrets Procurator Niels Borup.
 10. *Jacob Herman Nansen*, en Søn af Hr. Grosserer Mendel Lewin Nathanson.
 11. *Carl Ludvig Theodor Jacobi*, en Søn af afdøde Doctor Medicinæ samt practiserende Læge her i Staden Samuel Jacobi.
-

SOLEMNIA SCHOLASTICA in Schola Metropolitana,

ad munera publice gratulanda uni magistro primario, V. D. **Bonap. Borgen**, et quatuor
Adjunctis, V. V. D. D. **Chr. Fr. Ingerslew**, **Car. A. Jacobsen**, **H. Fr. H. Nissen**
et **Car. N. E. Markussen**, habenda indicuntur.

**Ad quæ rite auspiciatqve peragenda, scholæ rebus
faustissima quæqve precaturus, cathedra conscensa,
Rector scholæ orationem habebit, in quâ pauca de eo
disputabit,**

deceatne magistrum discentibus irasci, an non deceat.

His rite peractis, V. D. **Bonap. Borgen**, magister primarius scholæ hujus, tum suo tum
novorum Adjunctorum nomine gratias auditoribus acturus, perorabit.

**Quæ solemnia proximo die XXXI Augusti, hora XI^{ma}
ante meridiem, habenda hisce litteris indicentes, ut
iis adesse velint, qui rebus nostris student, literarum
amantes, ea, quæ par est, observantia rogamus.**

Dansk Skole-Museum
St. Kongevej 15
Copenhavn VI.

Scripseram Hauniæ die XXIV Augusti Anni 1831.

Nic. Lang Nissen.

Dr. Philos. et Mag. Art., Professor atqve Rector Scholæ Metrop., ord. Danebr. eqves.

Den aarlige offentlige Examen i Metropolitanskolen d. A.
begynder den 22^{de} denne Maaned, og fortsættes i den
Orden, som efterstaaende Schema udviser.

Hvilken Examen saavel Skolens Disciples Forældre
eller Værger som andre Skolens Velyndere og Venner
herved ærbødigt indbydes at bære med deres Nærvæ-
relse.

Metropolitanskolen den 16^{de} September 1834.

N. Lang Nissen,

Dr. Philos., Professor og Rector Scholæ,
Ridder af Dannebrogen.

S c h e m a

over

Examinationens Gang ved den offentlige Examen
i September 1834 i Metropolitanskolen.

Mandagen d. 22 September.

I IV. Classes Læsestue

9 -11 $\frac{1}{2}$ Latin III Cl. A.
11 $\frac{1}{2}$ - 1 $\frac{1}{2}$ Latin II Cl. A.
4 - 6 Hebraisk IV Cl.

I III. Classe B^o Læsestue

9 -11 Dansk IV Cl.
11 - 2 Hist. og Geogr. . III Cl. B.
4 - 6 Hist. og Geogr. . I Cl.

Tirsdagen d. 23 September.

I IV. Classes Læsestue

9 -11 $\frac{1}{2}$ Hist. og Geogr. . IV Cl.
11 $\frac{1}{2}$ - 1 $\frac{1}{2}$ Græsk III Cl. A.
4 - 6 Dansk I Cl.

I III. Classe B^o Læsestue

9 -11 $\frac{1}{2}$ Fransk III Cl. B.
11 $\frac{1}{2}$ - 1 $\frac{1}{2}$ Dansk II Cl. A. B.
4 - 6 Relig. og Bibelh. II Cl. B.

Onsdagen d. 24 September.

I IV. Classes Læsestue

9 - 11 Fransk I Cl.
11 - 12 Naturhistorie . . II Cl. B.
12 - 1 Naturhistorie . . II Cl. A.

9 - 12 Latinsk Stil.
12 - 2 Tydsk Stil.

Torsdagen d. 25 September.

I IV. Classes Læsestue

9 -11 $\frac{1}{2}$ Latin IV Cl.
11 $\frac{1}{2}$ - 1 $\frac{1}{2}$ Latin II Cl. B.
4 - 6 Hist. og Geogr. . II Cl. A.

I III. Classe B^o Læsestue

9 -11 $\frac{1}{2}$ Hist. og Geogr. . III Cl. A.
11 $\frac{1}{2}$ - 1 $\frac{1}{2}$ Fransk IV Cl.
4 - 6 Tydsk IV Cl.

Fredagen d. 26 September.

I IV. Classes Læsestue

9 -11 $\frac{1}{2}$ Hebraisk III Cl. A.
11 $\frac{1}{2}$ - 1 $\frac{1}{2}$ Latin III Cl. B.
4 - 6 Latin I Cl.

I III. Classe B^o Læsestue

9 -11 $\frac{1}{2}$ Matematik II Cl. A.
11 $\frac{1}{2}$ - 1 $\frac{1}{2}$ Arithmetik II Cl. B.
4 - 6 Matematik IV Cl.

Lørdagen d. 27 September.

I IV. Classes Læsestue

12 - 2 Naturhistorie . . I Cl.

9 - 12 Dansk Stil.
12 - 2 Fransk Stil.

Den aarlige offentlige Examen i Metropolitanskolen d. A. begynder den **22^{de}** denne Maaned, og fortsættes i den Orden, som efterstaaende Schema udviser.

Hvilken Examen saavel Skolens Disciples Forældre eller Værger som andre Skolens Velyndere og Venner herved ærbødigt indbydes at bæere med deres Nærværelse.

Metropolitanskolen den 16^{de} September 1834.

N. Lang Nissen,

Dr. Philos., Professor og Rector Scholæ,
Ridder af Dannebrogen.

S c h e m a

o v e r

Examinationens Gang ved den offentlige Examen i September 1834 i Metropolitanskolen.

Mandagen d. 22 September.

I IV. Classes Læsestue

9 -11 $\frac{1}{2}$ Latin III Cl. A.
11 $\frac{1}{2}$ - 1 $\frac{1}{2}$ Latin II Cl. A.
4 - 6 Hebraisk IV Cl.

I III. Classe B^s Læsestue

9 -11 Dansk IV Cl.
11 - 2 Hist. og Geogr. . III Cl. B.
4 - 6 Hist. og Geogr. . I Cl.

Tirsdagen d. 23 September.

I IV. Classes Læsestue

9 -11 $\frac{1}{2}$ Hist. og Geogr. . IV Cl.
11 $\frac{1}{2}$ - 1 $\frac{1}{2}$ Græsk III Cl. A.
4 - 6 Dansk I Cl.

I III. Classe B^s Læsestue

9 -11 $\frac{1}{2}$ Fransk III Cl. B.
11 $\frac{1}{2}$ - 1 $\frac{1}{2}$ Dansk II Cl. A. B.
4 - 6 Relig. og Bibelh. II Cl. B.

Onsdagen d. 24 September.

I IV. Classes Læsestue

9 -11 Fransk I Cl.
11 - 12 Naturhistorie . . II Cl. B.
12 - 1 Naturhistorie . . II Cl. A.

9 - 12 Latinsk Stil.
12 - 2 Tydsk Stil.

Torsdagen d. 25 September.

I IV. Classes Læsestue

9 -11 $\frac{1}{2}$ Latin IV Cl.
11 $\frac{1}{2}$ - 1 $\frac{1}{2}$ Latin II Cl. B.
4 - 6 Hist. og Geogr. . II Cl. A.

I III. Classe B^s Læsestue

9 -11 $\frac{1}{2}$ Hist. og Geogr. . III Cl. A.
11 $\frac{1}{2}$ - 1 $\frac{1}{2}$ Fransk IV Cl.
4 - 6 Tydsk IV Cl.

Fredagen d. 26 September.

I IV. Classes Læsestue

9 -11 $\frac{1}{2}$ Hebraisk III Cl. A.
11 $\frac{1}{2}$ - 1 $\frac{1}{2}$ Latin III Cl. B.
4 - 6 Latin I Cl.

I III. Classe B^s Læsestue

9 -11 $\frac{1}{2}$ Matematik II Cl. A.
11 $\frac{1}{2}$ - 1 $\frac{1}{2}$ Arithmetik II Cl. B.
4 - 6 Matematik IV Cl.

Løvdagen d. 27 September.

I IV. Classes Læsestue

12 - 2 Naturhistorie . . I Cl.

9 - 12 Dansk Stil.
12 - 2 Fransk Stil.

Mandagen d. 29 September.

I IV. Classes Læsestue

9 - 11 $\frac{1}{2}$	Græsk	IV Cl.
11 $\frac{1}{2}$ - 1 $\frac{1}{2}$	Tydsk	III Cl. B.
4 - 6	Relig. og Bibelh.	IV Cl.

I III. Classe B^s Læsestue

9 - 10 $\frac{1}{2}$	Dansk	III Cl. A.
11 - 1	Arithmetik	I Cl.
4 - 6	Tydsk	II Cl. A. B.

Tirsdagen d. 30 September.

I IV. Classes Læsestue

9 - 12	Græsk	III Cl. B.
12 - 2	Relig. og Bibelh.	II Cl. A.
4 - 6	Hist. og Geogr. . .	II Cl. B.

I III. Classe B^s Læsestue

9 - 11	Fransk	III Cl. A.
11 - 1	Tydsk	III Cl. A.
4 - 6 $\frac{1}{2}$	Relig. og Bibelh.	III Cl. B.

Onsdagen d. 1 October.

I IV. Classes Læsestue

9 - 11	Fransk	II Cl. A. B.
11 - 12	Tydsk	I Cl.
12 - 2	Relig. og Bibelh.	I Cl.

9-12 Version fra Latin.

Torsdagen d. 2 October.

I IV. Classes Læsestue

9 - 11 $\frac{1}{2}$	Relig. og Bibelh.	III Cl. A.
11 $\frac{1}{2}$ - 1 $\frac{1}{2}$	Græsk	II Cl. B.
4 - 6	Græsk	II Cl. A.

I III. Classes Læsestue

9 - 11	Dansk	III Cl. B.
11 $\frac{1}{2}$ - 2	Mathematik	III Cl. A.
4 - 6	Mathematik	III Cl. B.

Skriftlig Examen.

Onsdagen d. 24 September.

9 - 12	Latinsk Stil	IV Cl.
—	—	III Cl. A.
—	—	III Cl. B.
—	—	II Cl. A.
12 - 2	Tydsk Stil	IV Cl.

Løverdagen d. 27 September.

9 - 12	Dansk Stil	IV Cl.
—	—	III Cl. A.
—	—	III Cl. B.
—	—	II Cl. A.
—	—	II Cl. B.
—	—	I Cl.
12 - 2	Fransk Stil	IV Cl.

Onsdagen d. 1 October.

9 - 12	Version fra Latin . .	IV Cl.
—	—	III Cl. A.
—	—	III Cl. B.

De Candidater, som i Aar dimitteres til Academiet, ere:

1. *Emil Frederik Wilhelm Warburg*, en Søn af Strömpefabri-
keur Hr. *Ludvig Christian Warburg* her i Staden;
 2. *Werner Jesper Andreas Ussing*, en Søn af Hr. Cancellie-
raad *Johannes Hiorth Ussing*, Contoirchef ved tredje Se-
cretariat under Kjöbenhavns Magistrat;
 3. *Johannes Frederik Hagen*, en Søn af forrige Skibsfører
Hr. *Jens Börresen Hagen*;
 4. *Hans Abel Leonhard Hansen*, en Søn af Lands-Over- samt
Hof- og Stadsrets-Procurator Hr. *Carl Möller Hansen*;
 5. *Thor Johan Christian Heramb*, en Søn af afdöde Justits-
raad og Overmagazinbestyrer i Norge *Lars Guldbrandsen
Heramb*;
 6. *Johannes Theodor Reinhardt*, en Søn af Professor ved
Kjöbenhavns Universitet Hr. *Johannes Reinhardt*, Ridder
af Dannebrogen;
 7. *Albert August Breinholm*, en Søn af afdöde Major ved
Hans Majestæt Kongens Regiment *Andreas Breinholm*;
 8. *Jens Parelius Kjerumgaard*, en Søn af afdöde Auctions-
Assistent *Jörgen Kjerumgaard*;
 9. *Pauli Dominico Regoli*, en Søn af afdöde Kjöbmand *Pauli
Dominico Regoli*;
 10. *Niels August Wernberg*, en Søn af Höker og Handelsmand
Hr. *Lars Christian Wernberg*;
 11. *Axel Jacob Faber*, en Søn af afdöde Tömmerhandler *Jo-
han Frederik Faber*;
 12. *Wiggo Collstrop*, en Søn af afdöde Capitain og Tömmer-
handler, Grosserer *Lauritz Collstrop*;
 13. *Frederik Carl Christian Wilhelm Ludvig Breinholm*, en Bro-
der til ovenanförte *Alb. Aug. Breinholm*;
 14. *Peter Christian Garde*, en Søn af Capitain i Söe-Etaten
Hr. *Hans Georg Garde*.
-

Mandagen d. 29 September.

I IV. Classes Læsestue

- 9 -11 $\frac{1}{2}$ Græsk IV Cl.
11 $\frac{1}{2}$ - 1 $\frac{1}{2}$ Tydsk III Cl. B.
4 - 6 Relig. og Bibelh. IV Cl.

I III. Classe B^s Læsestue

- 9 -10 $\frac{1}{2}$ Dansk III Cl. A.
11 - 1 Arithmetik I Cl.
4 - 6 Tydsk II Cl. A. B.

Tirsdagen d. 30 September.

I IV. Classes Læsestue

- 9 -12 Græsk III Cl. B.
12 - 2 Relig. og Bibelh. II Cl. A.
4 - 6 Hist. og Geogr. . . II Cl. B.

I III. Classe B^s Læsestue

- 9 -11 Fransk III Cl. A.
11 - 1 Tydsk III Cl. A.
4 - 6 $\frac{1}{2}$ Relig. og Bibelh. III Cl. B.

Onsdagen d. 1 October.

I IV. Classes Læsestue

- 9 -11 Fransk II Cl. A. B.
11 -12 Tydsk I Cl.
12 - 2 Relig. og Bibelh. I Cl.

9-12 Version fra Latin.

Torsdagen d. 2 October.

I IV. Classes Læsestue

- 9 -11 $\frac{1}{2}$ Relig. og Bibelh. III Cl. A.
11 $\frac{1}{2}$ - 1 $\frac{1}{2}$ Græsk II Cl. B.
4 - 6 Græsk II Cl. A.

I III. Classes Læsestue

- 9 -11 Dansk III Cl. B.
11 $\frac{1}{2}$ - 2 Mathematik . . . III Cl. A.
4 - 6 Mathematik . . . III Cl. B.

Skriftlig Examen.

Onsdagen d. 24 September.

- 9 - 12 Latinsk Stil IV Cl.
— — — — — III Cl. A.
— — — — — III Cl. B.
— — — — — II Cl. A.
12 - 2 Tydsk Stil IV Cl.

Løvdagen d. 27 September.

- 9 - 12 Dansk Stil IV Cl.
— — — — — III Cl. A.
— — — — — III Cl. B.
— — — — — II Cl. A.
— — — — — II Cl. B.
— — — — — I Cl.
12 - 2 Fransk Stil IV Cl.

Onsdagen d. 1 October.

- 9 - 12 Version fra Latin . . IV Cl.
— — — — — III Cl. A.
— — — — — III Cl. B.

De Candidater, som i Aar dimitteres til Academiet, ere:

1. *Emil Frederik Wilhelm Warburg*, en Søn af Strömpefabri-
keur Hr. *Ludvig Christian Warburg* her i Staden;
 2. *Werner Jesper Andreas Ussing*, en Søn af Hr. Cancellie-
raad *Johannes Hiorth Ussing*, Contoirchef ved tredie Se-
cretariat under Kjöbenhavns Magistrat;
 3. *Johannes Frederik Hagen*, en Søn af forrige Skibsfører
Hr. *Jens Børresen Hagen*;
 4. *Hans Abel Leonhard Hansen*, en Søn af Lands-Over- samt
Hof- og Stadsrets-Procurator Hr. *Carl Möller Hansen*;
 5. *Thor Johan Christian Heramb*, en Søn af afdöde Justits-
raad og Overmagazinbestyrer i Norge *Lars Guldbrandsen
Heramb*;
 6. *Johannes Theodor Reinhardt*, en Søn af Professor ved
Kjöbenhavns Universitet Hr. *Johannes Reinhardt*, Ridder
af Dannebrogen;
 7. *Albert August Breinholm*, en Søn af afdöde Major ved
Hans Majestät Kongens Regiment *Andreas Breinholm*;
 8. *Jens Parelius Kjerumgaard*, en Søn af afdöde Auctions-
Assistent *Jörgen Kjerumgaard*;
 9. *Pauli Dominico Regoli*, en Søn af afdöde Kjöbmand *Pauli
Dominico Regoli*;
 10. *Niels August Wernberg*, en Søn af Höker og Handelsmand
Hr. *Lars Christian Wernberg*;
 11. *Axel Jacob Faber*, en Søn af afdöde Tömmerhandler *Jo-
han Frederik Faber*;
 12. *Wiggo Collstrop*, en Søn af afdöde Capitain og Tömmer-
handler, Grosserer *Lauritz Collstrop*;
 13. *Frederik Carl Christian Wilhelm Ludvig Breinholm*, en Bro-
der til ovenanförte *Alb. Aug. Breinholm*;
 14. *Peter Christian Garde*, en Søn af Capitain i Söe-Etaten
Hr. *Hans Georg Garde*.
-